



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

de duratione atq[ue] cessatione prædictorum præcepto[rum], & de noua
lege art. 10

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

EPITO. PARS SECVN.

q̄t eius p̄ adoptionē, ne ipsius memoria penit̄ al ole
ref. Ne etiā vxores alienigenas ducerent, propter iedi
stionis periculum, & ne mulieres receptæ ex leui sus
pitione diffamarentur a viris, neque propinqua in vx
ores reciperentur. p̄pter reuerentiam naturalem ad eas.
Precepit quoque lex, vt parentes, filios suos in fide
& moribus informarent, disciplinam impenderent, cu
ramque condignam haberent. De quibus omnibus i q̄
similibus præcepta multa diffuse in Deuteronomio &
Exodo plene digesta sunt.

DE DURATIONE ATQVE

cessatione prædictorum præcepto

rum, & de noua lege.

Articulus Decimus.



Hec dies veniunt, dicit dominus, & feriā
domui Israel & domui Iuda pactum no
uum, & dabo legem meam in visceribus
eorum, & in mentibus eorum super scribā
eam. Hoc verbum Hieremiæ prophetae
allegat Apostolus in datione nouæ legis
impletum. Triphica autem erant veteris

legis p̄cepta, videl. ceremonialia, iudicialia atq̄ cere
monialia. Quāti s̄o ad p̄cepta moralia, lex vetus o de
fuit neque per Christum euacuata est, sed magis p̄fecta.
Propter quod in Baruch legitur: Hic liber mandatorū
dei, & lex quæ est in æternū. Sed quoad ōcepta ceremo
nialia ac iudicialia, lex vetus cessauit. Ceremonia nāq̄
veteris legis figuratiuæ fuerant Christi, quia secundum
Apostolum erant umbra futuri, et in figura omnia con
tingebant eis. Figuram vero oportet cessare, veritate
aduente & propalata. Vnde secundum Augustinū
Christo prædicante simul currebant lex & euangelii.
Sed post diuulgationem euangelii omnino cessarunt, et
non solum mortuæ, sed & mortiferæ erant. Durante
vero ipsa euangelii publicatione mortuæ erant, quoni
am non obligabant, non autem mortiferæ, quoniā abs
que peccato seruari valebant. P̄cepta quoque iudi

Exo. 22.

Hiere. 31.
Hebre. 8.

Baruch. 5.

Hebre. 10.

D. DIONYSI A RICK. CAR.

alia cessauerunt, aliter tñ quā ceremonialia. Quia em̄
iudicialia principaliter ordinabantur ad disponendū
ac rectificandū statum ac vitam cōuersationis huma
næ, inter homines statuendo æ qualitatem iustitiæ, id
circo directe & ex propria ratione, figuralia non fue
runt, quemadmodum ceremonialia, sed solum ex con
sequenti, in quantum totus ille status Synagogæ figu
ratiuus extitit status ecclesiæ: Sicut & nunc status ec
clesiæ militantis, typum gerit status ecclesiæ trium
phantis, quæ est hierarchia cælestis. Iudicialia ergo p̄
cepta euangelio diuulgata sunt mortua, quia vim obli
gandi non retinēt, non autem mortifera. Possent enim
a rege vel principe, si expediret, institui, atque a subdi
tis obseruari, dummodo non obseruarent nec statue
rentur, in quantum ad veterem legem spectabant, sed
ea ratione, quia præsentis hominum statui conueniret.
Denique sicut ante legem scriptam erant iudicialia q̄
dam præcepta, non quidem ex institutione diuinæ, sed
naturali hominum ratione ordinata. Sic erant & cerē
monialia aliq̄ ante legem, non ex institutione diuina
sed secundum voluntatem deuotionemque colentium
deum, quemadmodum oblationes & sacrificia & ho
locausta secundum propriam suæ deuotionis æstima
tionem offerebant antiqui, prout eis cōgruum videba
tur, ut in rebus a deo præceptis deum venerarentur æ
liqua ei offerendo, per quæ se omnia a deo sortitos p̄
fiterentur, quasi a primo principio, atque ad eum cun
cta referrent, sicut in vltimum finem summumque bo
num. Sed quoniam ante legem quidam viri perfecti &
spiritu pollentes prophetico extiterunt, credibile ē, ra
les a spiritu sancto fuisse inductos & motos, ad determi
natum & certum diuini cultus ritum ac modum, qui
& interiori cultui dei pro tempore illo congrueret, &
ad designanda Christi mysteria idoneus esset. Cultus
enim dei exterior qui per ceremonialia præcepta deter
minatur, consonare atque congruere debet cultui
diuino interiori, sicut signum signato, & figura figura
to. Cum ergo interior dei cultus in noua lege alius sit

EPITO. PARS SECVN.

ab antiquæ legis interiori cultu & eo perfectior, statuique felicitatis futuræ propinquior, ideo ceremoni-
 alia nouæ legis distingui oportet a ceremonialibus ve-
 teris legis, eisque expressiora & puriora consistere. Por-
 ro lex noua lex gratiæ appellatur, sicut ad Romanos
 ait Apostolus: Lex spiritus vitæ in Christo Iesu libera-
 uit me a lege peccati & mortis. Gratia autem est quali-
 tas decor atq; perfectio animæ, ideo lex noua non pro-
 prie dicitur lex scripta sed indita, quasi principaliter
 in gratia Christi consistens. Lex ergo noua veterem im-
 plet, quia quod ei defuit addit, videlicet perfectionis
 consilia, gratiã quoq; præbens ex merito passionis Chri-
 sti qua homo potens efficitur ea implere quæ præcipi-
 untur, vmbrae etiam prophetiæ atq; figuræ veteris le-
 gis, in Christo ad effectum & veritatem pductæ sunt.
 Ipse enim ait: Vn^o apex non præteribit de lege donec
 omnia fiant. Cælum enim & terra transibunt, sed ver-
 bum domini stabit in æternũ. Non enim est deus vt ho-
 mo vt mutetur, & triumphator in Israel non parcat
 nec penitudine flectetur. Fidelis enim dominus in om-
 nibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis,
 qui est super omnia de^o sublimis & benedictus, Amen.

Roma. 8.

Psal. 144.

AUTHORIS PROTESTA-

tio ad superiorem suum, quo motiuo sua
 in virtutibus testamentum conscrip-
 serit commeteria opaq; reliqua.



Go frater Dionysius toto corde profite-
 or, quod sacram scripturam exponere,
 paruitatem meam omnino transcendit,
 tam quantum ad scientiam & rationem
 professionis (quia monachus sum, cuius
 est lugere & illuminari, potius quam do-
 cere vel illuminare) q̄ ratione vitæ meæ, i rãtũ iperfe-
 ctæ et miseræ, sed in bonitate et gratia spiritus sancti (q̄
 abiecta & contemp-